Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



199

EVS

mones aut rogabant eum dicentes.
Si eiciis nos mittis nos in gregem
porcorum. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce im
petu abiit totus grex per preceps in
mare. et mortui sunt in aquis.
Pastores autem fugierunt. et venientes
in ciuitatem nunciauerunt omnia. et de
his qui demonia habuerant. Et ecce
tota ciuitas exiit obuiam iesu.
et uiso eo rogabant ut transiret a
finibus eorum. Capitulum. viii.
Et ascendens iesus in
nauiculam. transfretauit. et
uenit in ciuitatem suam.
Et ecce offerebant ei paralyticum iacen
tem in lecto. Et uidens iesus fidem
illorum. dixit paralytico. Confide fili. re
mittuntur tibi peccata tua. Et ecce
quidam de scribis dixerunt intra se. Hic
blasphemat. Et cum uidisset iesus
cogitationes eorum. dixit. Vt quid cogi
tatis mala in cordibus uestris. Quid est
facilius dicere. dimittuntur tibi peccata.
aut dicere surge et ambula. Vt autem
sciatis quia filius hominis habet
potestatem in terra dimittendi peccata. tunc
ait paralytico. Surge et tolle lectum
tuum. et uade in domum tuam. Et sur
rexit. et abiit in domum suam. Videntes
autem turbe timuerunt. et glificabant
deum. qui dedit potestatem talem hominibus.
Et cum transisset inde iesus. uidit ho
minem sedentem in theloneo. nomine
mathaeum. et ait illi. Sequere me. Et sur
gens. secutus est eum. Et factum est dis
cumbente eo in domo. ecce multi
publicani et peccatores uenientes discum
bebant cum iesu et discipulis eius.
Et uidentes pharisei. dicebant dis
cipulis suis. Quare cum publicanis
et peccatoribus manducat magister uester.
At iesus audiens ait. Non est op
tantibus medicus. sed male habentibus.
Euntes autem discite. quid est misericor
diam uolo et non sacrificium. Non enim ue
nio uocare iustos. sed peccatores. Tunc acces
serunt ad eum discipuli iohannis
dicentes. Quare nos et pharisei ieiu
namus frequenter. discipuli autem tui
non ieiunant. Et ait illis iesus.
Numquid possunt filii sponsi lugere.
quamdiu cum illis est sponsus. Venient
autem dies cum auferetur ab eis
sponsus. et tunc ieiunabunt. Nemo
autem immittit commissuram panni tui
de pannio nouo in uetusto. Tollit
enim plenitudinem eius a uetusto.
et peior scissura fit. Neque mittunt
uinum nouum in utres uetes. Alioquin
rumpuntur utres. et uinum effundit. et
utres pereunt. Sed uinum nouum in utres
nouos mittunt. et ambo conseruantur.
Hec illo loquente ad eos. Ecce prin
ceps unus accessit. et adorauit di
cens. Domine filia mea modo defuncta
est. sed ueni impone manum tuam
super eam. et uiuet. Et surgens iesus
sequebatur eum. et discipuli eius. Et
ecce mulier que fluxum sanguinis
patiebatur. xii. annis. accessit retro
et tetigit fimbriam uestimenti eius.
Dicebat enim intra se. Si tetigero tan
tum fimbriam uestimenti eius. salua ero.
At iesus conuersus. et uidens eam dixit.
Confide filia. fides tua te saluam
fecit. Et salua est mulier ex
illa hora. Et cum uenisset iesus
in domum principis. et uidisset tibi
cines. et turbam tumultuantem. di
cebat. Recedite. Non est enim mor
tua puella. sed dormit. Et deridebat